

25. LIUTPERT 700—701.

- — Liutpertus, filius Cunincerti ex Hermelinda Angla, adhuc parvulus succedit, cui pater Ansprandum tutorem contribuit. PD. VI, 17.
- Mai. 21. In domo ecclesiae civit. Lucensis. Adroald abbas et Johannes, filius eius, electus Pistoriensis ecclesiae promittunt Balsari episcopo Lucensi, hunc, si a Balsari episcopus consecratus fuerit, cum ecclesia sua sub patrocinio eius remansurum eidemque ius presbyteros et diaconos eccl. Pistoriensis ordinandi concessurum esse. Ex apogr. arch. archiep. Luc. ed. Muratori, Ant. V, 329; Fioravanti, Mem. stor. di Pistoja, App. p. 3; Zaccaria, Anecd. Pistor. p. 338. Brunetti I, 420 no. 3; Bertini IV, 1^a, 70; Barsocchini V, 2, 1 no. 3; Troya 366. **36**
- C. 700.
- — Epitaphium Thomae diaconi. Gruter, Inscr. p. 1159; Troya 365.
701. Ind. 14 — Spt. 1—15.
- — Raginpertus dux Taurinensis, filius Godeperti quondam regis, regno potitur. (Octo mensibus post mortem Cunincerti). PD. VI, 18.
- — Raginpertus moritur. (Eodem anno quo regnum invaserat). PD. VI, 18.

26. ARIPERT II. 701—712.

- Ante Sept. Apud Ticinum Aripertus, filius Raginperti, proelio Liutpertum exsuperat et capit, regno potitur. PD. VI, 19 (Secundum praeceptum a. 706, Oct. 9. Aripertus iam ante m. Oct. a. 700. regnum adeptus esset, at obloquuntur quae scriptores tradiderunt. Ex charta tamen a. 710. Tarvisina patet, ante m. Sept. a. 701. eum regem fuisse).
- — Liutpertus ab Ariperto necatur. PD. VI, 20.
703. Ind. 1—Spt. 1—2; Ariperti a. 2. 3.
- Mart. 7. In Benebento. Selberada vidua cum filiis Leone et Lupulo vendit Petro subdiacono ecclesiae Neapolitanae et dispositori monasterii SS. Theodori et Sebastiani Auremundum eiusque uxorem Colossem, 'qui fuerunt tertiatores communes de fundo Maternum'. 'Act. . ind. prima'. Ex apogr. arch. reg. Neap. ed. Reg. Neap. arch. Monumenta I, 1. Troya V, 763 no. 616* (chartam a. 748. Gisulfo II. duci Benev. tribuit, at Pabst, Forschungen II, 516 ex subscriptione 'Troaldi casindi domni Argus' testis, quem 'Argus' Arichisum fratrem Gisulfi I. esse profitetur, efficit, ut chartam a. 703 tribuat). **37**
- Aug. 12. Veronae, in eccl. S. Mariae. Epitaphium Kiberti martyris. (Annus incertus). Muratori, Ant. V, 55; Mai, SS. coll. V, 415; Troya III, 713 no. 368*.